

Et tu Adelheidis
devota bene credis;
115 tu circuis et redis,
ut visites ad fores.
Et cum sint sepita
fratres nolunt ita
quod cum suis magis trita
120 ut instrues minores.

Illa redit mane:
‘Frater Christiane,
dico tibi plane,
dives quod egrotat.
125 Uxorem habet parcam,
ad vestram tamen archam
ordinavit marcham,
quod nemo tantum
notat’.

Tunc currunt ad petentem,
130 juvenem gementem,
divitem languentem,
et ajunt ad illum:
‘Fili, nos dolemus,
ut jurare valemus,
135 quod te sic videmus
viribus pusillum.

Nobis confitearis,
exinde tu salvaris,
si nostris confirmaris
140 refertam culturam.
Ad latus monasterii
in orto cimiterii
precipiemus erigi
tuam sepulturam.

145 Ne cures sacerdotes,
aut illis bene votes,
quod per suas dotes
regunt mulieres.

Si sepulturam queris
150 ad fratres, nunquam peris
in anima, sed eris
regni celestis heres’.

Dum currunt per villam,
servum et ancillam,
155 hunc simul et illam,
virum et matronam,
Angariant pro brasio,
pro butiro, caseo,
suoque gymnasio
160 cumulant annonam.

Dum currus est repletus,
frater Phylotetus
redit domum letus,
fert lanam, ova, linum.
165 Tunc juvenis Susanna,
sorore cum Johanna,
veniunt cum canna
ferentes ei vinum.

Sororque Gerdrudis,
170 cum qua sepe ludis
genubus sub nudis,
gaudet quod venisti.
‘Michi linum tradas,
barbam hanc abrasas,
175 ad nostram domum vadas,
videbis que nunquam
vidisti’.

Pace sub tranquilla
sedet ibi Hilla,
pulcherrima Sibilla,
180 decenter ornata.
Sedet Margaretha,
sorore cum Agnetha,
et bibunt sine meta.
Sic vadunt ad strata.

115 reddis Hs. 117—120 weiss ich nicht in Ordnung zu bringen; viell. c. sis magistruta, tu. 131 lagwentem Hs. der Schreibart des 15. Jahrhundert entsprechend; so steht auch v. 95 pigwes. 159 suoque j gijmphasio Hs. 170 cumque Hs. 176 Des Metrums wegen müsste ‘nunquam’ wegfallen. 178 sedit Hs.